D. O. M. A.

QVÆSTIO
De Testamentis Clericorum.

A

M. DIONYSIO POLITOWICZ
SS. Omnium Can: in Academia Cracou:
Contubernij DD. Iureconsultorum Seniore, publicè ad disputandum
pro Collegio Clarissimorum
DD. I. C. proposita.

A. D. 1648. Mense Maio Die 27 Hora 9

CRACOVIÆ,

Tibi, ô Sacerdos, de altari viuere, non luxuriari permittitur. dist. 44. *in prin. ex D. Hieronymo.*]

QVÆSTIO.

Ex

c. *Quia nos ext: de Testamentis.*

V. CLericus beneficiatus, cuiuscunq; præeminentiæ, & quorumcunq; bonorum Ecclesiæ; Dominus sit, in tantum, vt de acquisitis exinde peræq; vt de patrimonialibus habeat liberam, & inter viuos & in vltimis voluntatibus, disponendi facultatẽ nec ne?

CONCLVSIO I.

CLericus beneficiatus non est bonorum Ecclesiæ Dominus, sed Administrator.

COROLLARIVM I.

I. ETiam summus Pontifiex non est Dominus bonorum Ecclesiæ, sed plenus Administrator.

II. Sim-

II. Simplicis quocꝫ beneficij, & nullam administrationem habentis non est Dominus Clericus beneficiatus, cuiuscunꝗ sit præeminentiæ.

III. Licet aliquorum sententia astruat, Clericos beneficiatos esse Dominos rerum beneficij; non tamen eis concedit maiorem in his bonis licentiam, quam si essent solùm modo vsufructuarij vel vsuarij.

IV. Plus iuris habet Clericus beneficiatus in beneficio, ad quod est Canonicè institutus, quã vsufructuarius.

V. Teneaturnè Inuentuarium conficere beneficiatus; problema esto.

CONCLVSIO II.

DE bonis occasionè Ecclesiæ quæsitis, non habet beneficiatus liberam disponendi facultatem inter viuos, multominus in vltimis voluntatibus; sed duntaxat ad pias causas.

COROLLARIVM.

I. IN ægritudinè constitutus Clericus, potest

cx red-

ex redditibus Ecclesiæ facere erogationem modicam in piam causam.

II. In bona valetudine Clericus existens potest in vsus pios expendere redditus Ecclesiasticos à præfinitione quantitatis.

III. Traditionem donatorum à Clerico oporteatnè fieri, problema esto.

IV. Potest obtineri licentia à summo Pontifice, vt Clericus testari posit de bonis acquisitis ex redditibus Ecclesiaticis, prout de nostra Polonia attestantur Constitutiones Synodales.

V. Licentia prædicta testandi concessa à summo Pontifice valet etiam absque causa.

CONCLVSIO II.

EIus portionis redditùum beneficij, quæ concernit beneficiatũ ratione officij, quoad congruam sustentationem, quicunque beneficiatus est Dominus, potestque liberè de ea disponere æquè ac de bonis patrimonialibus, non solùm inter viuos, sed etiam in vltimis voluntatibus.

COROL-

COROLLARIVM.

I. DOctrina Caietani, quæ in plus grauat Epiſcopos, quam reliquos beneficiatos: in hoc certè puncto non eſt reiicienda, cum aſtruit ex vi ſacrorum Canonum Epiſcopos eſſe Patres pauperum.

II. In diſtributionibus quotidianis potiſs locum ſibi vendicat noſtra Concluſio proxima.

III. Poteſt beneficiatus viuere de redditibus beneficij, patrimonium autem & fructus ipſius conſeruare relinquereq́; hæredibus.

IV. Portio quæ ſupereſt beneficiato vltra congruam ſuſtentationem, debeatne erogari pauperibus ſub onere reſtitutionis problema eſto.

V. Concilium Tridentinum prohibens ditare conſanguineos aut familiares ex redditibus beneficiorum, ſubintelligit ineſſe illis onus diſtribuendi ſuperflua pauperibus.

Sub felicibus auſpicijs

Perilluſtris Magnifici & Admodum R̄ndi D.

D. PAVLI HERCII

S. Th. Doct: & Profeſſoris Eccleſiæ Cathedralis Crac: Canonici, Decani Opatouien:

Almę Academię Cracouienſis.

RECTORIS

VIGILANTISSIMI.


PRÆMIVM
VIRTVTIS
HONOR
GLORIA

Prac. Konserwacji BJ
2002 r.